

Caput primum. Versiculus. I.

R. Salomō quero, nempe vobiscum in tribulationibus, à
R. Salomō quibus vos eruam, vt R. Salomon explicat. Sep-
tuaginta sic explicant, ego sum ille ens, quia ni-
mirum dij, quos colebatis, non sunt amplius, sed
est definiunt. Tertio sic interpretantur, ego sum,
qui sum, non tantum, vt alia, quae recipiunt esse,
sed ego possideo esse irreceptum, ceterisque esse
tribuo. Quartò, sum immutabilis, & non vt res,
quæ mutatur, quæque dum mutatur, non est amplius,
sed est definiunt, quod fuerat, & incipit esse,
quod non erat. Quintò, sum aeternus catens pra-
terito, atque futuro, vnde S. Iustin. ait n̄ a tria
tempora complecti, quod Apocal. r. dicitur: qui
est, qui erat, qui venturus est; & Thales Mile-
sius, teste Plutarcho in coniuvio 7. Sapientum
rogatus, quodnam antiquissimum esset, respōdit,
Deus, orru nēpe caret, vel ut haber Laertius, quod
principio, finēque caret: Hinc Agypti Deum cir-
culo representabant, vt Pierius refert. Sexto
D. Hieron. in capl. 3, ad Ephes. sic habet: sum Sol-
lus non ab alio productus, catetā non sunt ex se,
sed ex mea voluntate habent esse, quantum, quem-
admodum, & quoūque volo. Septimō, sum, quia
in me nullum est accidens, sed quæcumque sunt in
me, sunt idem cum essentia mea, quod apud D.
Bernard. ad Eugenium videre est. Octauo, sum
actus purissimum sine vila compositione, quod
Theologi ad primam partem de attributis agen-
tes fuisse probant, atque declarant. Nonò, sum esse
vniuersalissimum, & illimitatum, cum enim à me
ipso esse habeam, quis mihi terminos prafigeret?
Decimō, sum causa rerum omnium, quia cùm sum
per me talis, sum causa ceterorum, quæ de meo
esse participant. Undecimō, sic explicant, sum
vnuſ, & solus:

Inter omnia nomina, Deo potius nomen En-
tis adscribitur, quām alia ceteras creaturarum
perfectiones denotantia: licet enim ratio Entis
Deo, atque creaturis non sint minus æquiuoca, vel
analogia, quām Sapientis, boni, potentis, &c. Quia
tamen Esse cuilibet rei prīmo conuenit, aduenit,
& ultimum ali ea recedit; eidēque maximē inti-
mum est, necessarium, vniuersale, simplex, ac
quodammodo infinitum, cetera verò attributa
sunt participationes entis: idēque nil est Deo, at-
que creaturis communē, per quod melius nun-
cupari possit, quām Ens. Itaque merito dicere
potuit; Ego sum omne ens, quia perfectius omnia
contineo, quām ipsa se ip̄s contineri valeant:
creature dici possit. Quapropter omnes creaturæ dicere possunt, meū
non ens, & nō nominē, Non Esse, seu non Ens, quia iuxta Pla-
tonem, omnia præter Deum verius nō esse, quām
esse habent; Hinc D. Iohannes Baptista rogarus
quis est; Non sum; nam ante creationem quāli-
bet creatura aeternum non esse habuit, iterumq; si
corruptibilis est, & interitura aeternum non esse
fortietur; si verò corruptionis exp̄s, illa saltē
ad aeternum non esse redire potest, quandoquā
dem in nihilum redigi valet; adde quod quandiu
variatur, non esse admixtum habeat, nam in om-
ni mutatione aliquod non esse includitur. Deniq;
creatura quāpiam, plus non ens, quām ens non
habet, tametsi enim Petrus sit homo, attamen non
est lapis, non planta, non leo, non cœlum, non
Angelus, non omnia, quæ ab eo distinguuntur, sed
cūm habeat vnicum esse, innumerā non esse ob-
tinet.

Igitur nomen illud, quod Exodi 6. Deus assert
fe nondum Abraham, Isaac, & Iacob indicasse,

quod non exprimitur nisi per nomen Adonai,
quia ἀρρενος Theodoreto, ἀρρην, Damasceno, id-
est, indicibile, & ineloquibile dicitur, aliquatenus
exprimi potest per illa verba, ego sum, qui sum: Nec
putes ideo solum ineffabile dici, quod duntaxat
consonantibus absque vocalibus constet, cūm
Deus loco cit. Exod. & Moses coram Pharaone,
ipseque post Mosem Pharaon nomen illud expref-
serit, sed quia tantum in populi benedictione, at-
que sacrificiis a Sacerdotibus efferebatur, & in
magna erat veneratio. Quòd fortè Plato respi-
ciebat, vel Agypti, dum ciconia lingua carente,
vel crocodilo Deum significabant, referente Pie-
rio 17. & 29. Hieroglif. quem tamē nomine Entis
exprimebant, nam cūm in Apollinis Delphici
templo scriptum legerent γαληνη οιανη, alia parte
legebant, & tu es.

Simeon verò vltimus fuisse césetur, qui nomen
illud, cuius Hebrei obliti sunt, pronuntiarit, cu-
iū recordationem à futuro Melissia expectat; hinc
fortè Lucanus ait: Incerti Iudea Dei: nec Iudei per
illud nomen, quod summus Pontifex in aure cala-
mina gestabat, quodque Pontifici Iaddo, teste Io-
sepho, Alexander occurrentes adorauit humi pro-
stratus, iurare audebant, sed ea ratione promissa
sua firmabant, Iuro per Iod, Hé, Vau, Iod, quod
iusurandum sanctissimum esse credunt. Huic
referti potest, quod Bocacius, & Lucanus habent,
Gentiles per falsi Dei Demogorgonis nomen iu-
rare non ausos, alioquin enim terræ tremore, tali
sciuramente Demogorgon offendī demōstrabat.

At quoniammodo reuera, pronuntiandum sit tale
nomen, certi nihil reperio, nam Iustinus contra
Triphon. censet efferendum esse, Iesus: Isidorus
Iodiod, Ireneus Iaoth, vnde Diod. Siculus l. 3. ait,
Moſem à Deo Iao legē accepisse; & Apollo
Claritus rogarus quis est Deus, ait, Iao. Summum
eundorum Diuum tu dicio Iao. Apud Macrob.
c. 18. primi Saturni. Alij à centum annis post Ma-
fostethicam punctuationem dicunt Iehoua, sive
Ioua. Vnde Varro apud D. Aug. i. de conf. Euang.
c. 22. censuit Iudæos coluisse Iouem Deum Ro-
manorum: Alij pronuntiant Iue, vel Ieheue, id est,
est, vel, erit, quia hoc nomen idem est cum nomi-
ne. Ego sum, c. 3. Exod. alijs potius Ieheua, vbi di-
cunt primum Iod heemanticum esse, nominisque
formatiuum.

Nomen autem Ιωηλ Iehoua deducunt nonnulli
ἀντί hauia, id est conterere, quia hoc nomine Pha-
rao contritus est, ita Oleaster, vnde Ιωηλ, cōtrito;
melius alij à Ιωηλ, est, vel fuit, quod multifariam in-
telligi potest, & quidem primò iuxta R. Salomo-
nem; qui est verax in promissis educendo Iſraeli-
tas ex Agypto. Secūdō, qui est terribilis miracula
patraxis, secundum Burgensem. Tertio iuxta Pra-
dum in 1. Ezech: qui est liberator liberans Iſrael-
em; nec immēritō Scotus, Gabriel, & alij Schol-
astici, si sint, arguantur in 22. distin. primi,
quod afferant Deū hīc vt in se est cognosci posse,
ad eū ei homen imponatur, quod significet, at-
que referat eum, sicuti est, quale sit tetragram-
maton, cūm D. Thomas q. 13. primæ partis,
vitrumque impossibile esse sentiat, atque demon-
stret.

Non defunt, qui plurima mysteria in nomine
Ιωηλ includi censeant, adeo ut ex ipsi literis se-
cretis eruant, nam Trinitatis arcanum in hoc nomine
contineri demonstrant, cūm Iod sit littera, quæ
ceteras omnes producere videtur, vt ex figu-

Theodo-
retus.

Pierius.

Lucanus.

Iosephu

Quonodo
De...omen
pronuntiā-
dum.

Vnde Ieho-
ua sum p̄
originem.